

De actibus et moribus humanis

editer esse magna virtus: scilicet virtus: lapidibus
 et herbis. **Q**ue quidam tria expertus est semel
 dum propter mala verba que dicebat socio suo: so-
 cius ipsum impugnavit in fossatum: ubi punctus est
 ab vitica: et lapis de muro in capite suo ca-
 dens ipsum usque ad effusionem sanguinis vul-
 neravit: et tunc recognoscens errorem suum a socio
 petiit veniam dicens: quod nunc didicerat verum esse
 quod virtus erat in virtus que ipsum impugnavit: et in
 herbis que ipsum pupugerant: et in lapidibus que
 ipsum cruentaverant. **H**os igitur a christo domino
 habemus verba doctrine, lapides. i. exempla
 solida iusticie, et herbas. i. medicamina si-
 ve sacramenta gratie. **E**t his herbis anima non so-
 lum sanat: sed etiam pascit et vegetat. **S**icut
 preter precipue de eucharistia: **E**xch. xxxiiij.
Requiescet in herbis viribus.

Capitulum: LXXXVII

Flo bono corri-
 plens asperius quam debeat assilaf
 et que lignum cedendo hominem preter-
 intentionem percussit et occidit. **E**t de heresia dicit
Den. xij. **S**i quis abierit cum amico suo sim-
 pliciter in silvam ad ligna cedenda: et lignum
 securis fugerit de manu ferrugis lapsum de
 manubrio amicum eius percussit et occide-
 rit: hic ad vnam supradictarum virium confugiet
 et vivet. **N**e forte primo eius cui effusus
 est sanguis: doloris stimulo persequat et ap-
 prehendar eum et percussit aiaz eius. **T**unc enim
 ut Gregorius exponit homo ad silvam cum amico
 abire: quoniam cum quolibet primo suo convertit
 ad sua delicta intendenda. **E**t tunc ligna sim-
 pliciter incidit: quoniam delinquentis vitia pia in-
 tentione corrigendo refecat. **S**ed tunc lignum
 de manu erit quoniam asperius quam debeat corrigit.
Et tunc ferrum de manubrio profilit cum de
 correptore sermo durior erit vel procedit. **E**t
 quasi amicum percussit occidit: que auditores
 suum prolata contumelia a spiritu dilectionis in-
 terficiunt: quoniam dum aliquis plus iusto corripit ad
 odium provocat. **S**ed talis necesse est ut ad
 tres vias fugiat: ut in vna earum defensum
 vivat. **Q**uia si ad penitentiam lameta conuer-
 sus in unitate sacri sub fide: spe et charita-
 te abscondit: reus perpetrati homicidii non te-
 netur. **E**t ideo occisi fratris. i. durius correpti:
 et ad odium provocati primo. i. christi que nobis
 proximo factus est pro nature consortium eum non
 occidit. i. pro huius correptionis excessu non
 eternaliter punit. **M**agne ergo virtus est que

luis spiritualis: que scilicet veniam recipit. **U**t Gregorius
 dicit: quod apud misericordiam iudicem nequaquam
 sine venia culpa relinquitur: cum pro fervore ce-
 li ex amore peccat. **F**ratres qui gratiam et di-
 gnitatem acquirunt. **M**ach. ij. **P**robinees pro non
 zelando celum dei: accepit testamentum sacer-
 dotij eterni. **F**ratres qui ad celestem gloriam si-
 naliter producit. **Q**ui fuit figuratum in Helias:
 de quo dicitur in eodem: quod helias dum celum celum
 dei rapit est in celum. **I**n quo scilicet datur intelli-
 gi quod quicumque tenuerint spiritualis amoris ce-
 lum: incunctanter admittendi sunt ad cele-
 stis glorie premium: ubi scilicet ut Augustinus testatur:
Quicquid amabitur aderit: nec desidera-
 tur quod non aderit. **N**am omne ibi erit bonum: et
 quod est omnino beatissimum ita semper stare certum
 erit. **I**bi vacabimus et videbimus: videbimus
 et amabimus: amabimus et laudabimus eum qui
 erit finis sine fine. **N**am quis alius noster est
 finis: nisi pervenire ad regnum cui nullus est
 finis. **A**d quod nos regnum producere dignetur:
 que trinus et unus vivit et regnat deus in se-
 cula seculorum. Amen.

ExPLICIT summa magistri Johannis de
 sancto Geminiano ordinis predicatorum in-
 signis et puris: de exemplis et similitudi-
 nibus rerum: Impressa per magistros Jo-
 hannem Petri de Langendorff et Johan-
 nem Froben de Hammelburg Basiliensium. vi-
 bis civibus Anno domini. M. cccc. xlix. in
 die conversionis sancti Pauli.